

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 6588

**Autre(s) référence(s) :** Bates 281 / ARTEM 2355 / ARTEM 4883 / Round 465

**Auteur(s) :** Roger II de Montgommery [comte]

**Bénéficiaire(s) :** Troarn, Saint-Martin (abbaye)

**Genre d'acte :** pancarte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1080

**Action juridique :** fondation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

(Version I) Charte par laquelle Roger [de Montgomery] notifie la fondation de l'abbaye Saint-Martin de Troarn et les donations faites à ce monastère.

(Version II) Le texte se compose des contenus de Version I, de l'acte précédent (BATES n° 280 ; SCRIPTA 6587) et des ajouts datant jusqu'au règne d'Henri Ier.

(Version III) Le contenu de Version I confirmé par Guillaume [II], roi d'Angleterre, puis Henri [Ier].

## Tableau de la tradition

### Original

- A. Caen, Archives départementales du Calvados, H 7750. Original (version II)  
A'. Caen, Archives départementales du Calvados, H 7750. Original (version III)

### Copies manuscrites

- B. Paris, BnF, Latin 10086, fol. 2v-3. GallicaCopie (version I)

### Éditions principales

- a. Sauvage René-Norbert, *L'abbaye de Saint-Martin de Troarn au diocèse de Bayeux, des origines au seizième siècle*, Caen, Chalopin (MSAN ; 34), 1911, p. 352-353, preuves n° III (pour Version I) ; p. 354-360, preuves n° IV (pour Version II) ; p. 360-363, preuves n° V (pour Version III).  
b. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, the Acta of William I (1066-1087), Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 281, p. 844-855.

### Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationery Office, 1899, n° 465 (pour Version I). Davis Henry William Carles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol.1, *Regesta Willelmi Conqueroris et Willelmi Rufi, 1066-1100*, Oxford, Clarendon Press, 1913, n° 172 (pour Version I).

## Dissertation critique

1080 (Version I) ; début XIIe siècle (Version II, III) : datation proposée Datation proposée par D. Bates (voir BATES, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, p. 844, 846, 852). Cf. Datation proposée par ARTEM : 1133 (Version II, III).

Référence ARTEM : n° 2355 (pour version II) ; n° 4883 (pour Version III).

Texte établi d'après b

(Version I)

Ego Rogerius, ex Northmannis Northmannus, magni autem Rogerii filius, Dei Omnipotentis inspirante gratia preventus et amore salutis perpetue incitatus, simulque multis clarorum virorum preteriti seculi exemplis utiliter informatus, decrevi ecclesiam in honore beatissimi confessoris Christi Martini in loco qui Troarnus dicitur nobiliter a fundamentis construi ubi, et pro redemptione anime mee et parentum meorum et precipue uxoris mee Mabilie nuper defuncte, filiorum quoque meorum, de mea quam possideo hereditate partem non modicam studui condonare. In primis videlicet ipsum Troarnum totum, et totum etiam alodium de Buris cum omnibus appendiciis suis et consuetudinibus et redditibus, tam in terra quam in aqua, in pratis, molendinis, piscariis, silvis, et vineis simulque hominibus universis, ecclesiis quoque et decimis, quorum videlicet appendiciorum nomina hec sunt : Turfredivilla, Salneriivilla absque terra Fulcui, Foletoth, Sanctus Paternus, Johannisvilla, Catavilla cum Ramata, et cum omni consuetudine de marisco et herbatura totius vicinitatis, sicut pater meus prius et ego post eum tenui. Similiter et terram que dicitur Raimberti hulmus cum suis pratis, salinis, ecclesiis, silvulis et piscariis, molendino atque hominibus, quam insulam filius meus Philippus nunc tenet et tenebit quousque ad honorem pertingat, et tunc ad sancti Martini dicionem absque contradictione redeat. Ne autem vita brevi vel lapsu temporis quod factum est a memoria valeat subtrahi, secundum antiquorum morem hanc volui carte fieri descriptionem, ut presentibus sit evidens testimonium, futuris contra pravorum insidias immunitatis suffragium. Quam etiam cartam domino meo Willelmo Northmannorum videlicet principi, Dei autem gratia Anglorum regi studia presentare, ut ipsius manus signo firmaretur et auctoritate perpetim roboretur, ea videlicet ratione ut et ipse cum nobili coniuge et inclita prole, particeps fiat huius nostre elemosine in eterna remunerazione sicut caput et auctor esse comprobatur in presenti largitione. Omnibus etiam qui hanc cartam firmaverint et firmiter servare voluerint, sit pax et misericordia Dei. Si quis vero, quod absit, aliquid demere vel subtrahere ex his que scripta sunt temptaverit, anathema sit, nisi resipuerit. Amen.

Signum Willelmi regis. Signum Mathildis regine. Signum Rotberti comitis Northmannorum. Signum Willelmi fratri eius. Signum Rogerii comitis. S(ignum) Rotberti filii eius. S(ignum) Hugonis. S(ignum) Rogerii. S(ignum) Philippi. S(ignum) Arnulfi. Signum Willelmi archiepiscopi. Signum Odonis presulii Baiocacensis. S(ignum) Gisleberti Lisiacensis episcopi. S(ignum) Gisleberti Ebroicensis episcopi. S(ignum) Rotberti Sagiensis episcopi. Signum Michelis Abrincacensis episcopi. S(ignum) Rogerii Belmontensis vicecomitis. Signum Rodberti comitis Mauritanie. Signum Willelmi abbatis Fiscanni. Signum Girberti abbatis. Signum Nicholai abbatis sancti Audoeni. Signum Guntardi abbatis Gemegiensis. Signum Mainerii abbatis Sancti Ebrulfi. Signum Fulconis abbatis Divensis. Signum Rotberti abbatis Sagiensis. Signum abbatis Cadomensis. Signum Willelmi abbatis Cormeliensis. Signum abbatis Deodati Fontaneti. Signum Anselmi abbatis Beccensis. Signum Osberni abbatis Bernaii.

(Version II)

[Ego Rogerius,] ex Northmannis Northmannus, [magni autem Rogerii filius, Dei omnipotens] inspirante gracia, preventus et amore salutis perpetuae incitatus, simulque multis clarorum virorum preteriti seculi exemplis utiliter informatus, decrevi æcclesiam in honore beatissimi confessoris Christi Martini, in loco qui Troarnus dicitur nobiliter [a fundamentis construi, ubi et] pro redemptione animæ meæ et parentum meorum et precipue uxoris meæ Mabilie filiorum quoque meorum, de mea quam possideo hereditate partem num modicam studui donare. In primis videlicet ipsum Troarnum totum, et totum etiam alodium de Buris, cum omnibus appendiciis [suis et consuetudinibus] et redditibus, tam in terra quam in aqua, in pratis, molendinis, piscariis, silvis quoque et vineis simulque hominibus universis, ecclesiis quoque et decimis, quorum videlicet appendiciorum nomina hæc sunt : Turfredivilla, Salneriivilla absque terra Fulconii, Foletoth, Sanctus Paternus, Johannisvilla, [Catavilla cum Ramata et cum] omni consuetudine de marisco et herbatura totius vicinitatis, sicut pater meus prius et ego post eum tenui. Deinde totam Ledrosam cum æcclesia sua, terram quoque Gaufridi et Rogerii in Ranvilla. Do etiam eidem ecclesiæ et concedo Huldestot et Ernoltot, sicut habuerat Hugo piscerna [et dederat] Sancto Martino ; similiter et terram que dicitur que dicitur Raimbertiulmus cum suis pratis, salinis, [ecclesiis,] silvulis et piscariis, molendino atque hominibus ; sclusam quoque prædicti videlicet Troarni a terra usque ad terram concessi Sancto Martino ; et ecclesiam sancti Sansonis cum burgo, sed et terram [Gosberti,] Ingulfi et Heroldi et Ansgoti et Willelmi clerici

de Sancto Sansone, quam tenent in Barnevilla et Sancto Sansone. Et hæc omnia prædicta ab omnibus querelis et redditibus absoluta concedo habere et tenere Sancto Martino et monachis in cæ ; vicum etiamp qui vocatur Crecipor integrum, et [piscarias duas] ; et ecclesiam de Goleto cum tota decima tam in terra quam in aqua ; decimam quoque de thelonis meis nominatim videlicet de Monte Gomerio, et decimam de molendinis eius et de pecudibus, si fuerint, et fructu eorum ; et de Trumo, decimam theloni et molendini et æcclesias ipsius, videlicet æcclesiam Sancti Petri, Sancti Germani et Sancti Vulfranni, cum terra presbiteri, sicut ego tenui, et decima [nutrimenti] ; et terram Sancti Ypoliti et Geborei cum honore Ursi militis de Molins ; et æcclesias de Croceio ex integro, cum terra quam Hosbertus tenuit in Sancto Germano [et quam tenuit] Radulfus in servicio Sancti Hylarii, et decimam molendini ; sed et decimam de nutrimento meo et fructu quod erit in Vitreio ; decimam etiam de foresta Gulfer in denariis qui consuetudinaliter inde exeunt ; do etiam decimam piscium de Crusillis cum uno hospite, et Rainaldum Malleart cum omni [terra] sua ; similiter et ecclesiam Sancti Silvini cum omni decima et cum omni alodio suo et moltura ipsius ville, et terram Morini carpentarii, quam tenebat in burgo Sancti Silvini, cum omnibus redditibus suis, et terram Gisleberti Bærbiūm quam habebat in eadem villa ; sed et decimam denariorum de thelonio et nutrimento meo quod erit in Sancto Silvino ; æcclesiam denique Rainerii Mansioli cum ecclesia Sancti Petri et cum tota decima earum ; terram etiam quam dedit Rogerius Tanetim, cum tercia parte molendini et aquæ et arpento vineæ in Airam ; terram etiam Ursi filii Rainardi de Molins, quam tenuit de me et de patre meo ; necnum quicquid Gaufridus clericus tenuit in Revilla de me, cum decima et æcclesia Sancti Martini et cum uno piscatore et terra eius, et terram quam dedit Anschetillus clericus et decimam unius molendini, et decimam foreste de Monte acuto et porcos nostros sine pretio, et ligna sufficienter et ad domos nostras et ad ignem, et quicquid homines sui nobis dederunt et in Rætisvilla et alibi.

Quæ autem subscripta sunt de dono regis et baronum suorum hæc sunt. In Cadomo, domus Mauri cum alodio suo et omnibus consuetudinibus ; in Goisbertivilla, terra Alveredi Malbeuhenc et terra Tetholdi clerici similiter cum consuetudinibus quæ ad regem pertinent, et decima ; in Dumoldivilla, terra Rannulfi et consuetudines pertinentes ad regem, cum decima et parte æcclesia ; in Billeio, terra Radulfi Quenolt et fratrum eius, cum consuetudinibus quæ ad regem pertinent et decima [earum] ; et in Furno, terra duorum hominum ; in Falesia, tota terra Wesman et consuetudines eius ad regem pertinentes. Et ista sunt de propriis regis Willelmi.

Quæ vero dederunt æcclesiae Sancti Martini barones et coram eo concesserunt hæc sunt.

Rogerius de Belmont dedit unum carrum in Brotonia, cum pastura porcorum Sancti Martini ; Herbertus de Spineto et soror eius Mathildis dederunt in Diva totam æcclesiam cum burgariis XVcim et salinis Vque et quarta parte suæ terræ in Calvo monte ; Willelmus comes Ebroicensis et uxor sua Helvis dederunt duas salinas in Vvaravilla, quas tenet Gislebertus Wenchenel, cum terra sua que est in honore de Bavent ; et adhuc in Waravilla æcclesiam cum tota decima, de dona Roberti de Belfou et domini sui Willelmi comitis Ebroicensis, et heredes sui postea dederunt nobis unam salinam in disis, et in eadem villa, quattuor sextarios de sale, quos Bernardus sacerdos dedit nobis quando factus est monachus ; Hugo filius Luveti unum hominem liberum ab omnibus consuetudinibus in Waravilla ; Gautherus de Mara duas summas salis ; Durandus unam summam salis ; Warinus filius Aelis unam summam salis. Et hæc omnia quæ habemus in Waravilla ab omnibus consuetudinibus absoluta sunt.

In Salinelis Robertus [dedit] nobis terram cum fratre suo Willelmo, quem fecimus monachum, liberam et absolutam ab omni consuetudine, quam reddit nobis dimidium modium salis, et in eadem villa habemus xx alias summas salis. Willelmus de Columberiis in Lingronia totam æcclesiam et terciam partem decimæ ubicumque Philippus de Columberiis habet duas partes ; in eadem villa Robertus Coudran dedit totam decimam de acris terræ viies xx ; Rocho totam decimam de x et viii acris de terra Patricii ; habemus decimam de xx et iiior acris de feudo Burnici, totam decimam de x et viii acris et terciam partem decime ubiconque monachi de Sancto Gabliele accipiunt duas partes ; et quicquid habemus in Lingronia de Willelmo de Columberiis et de hominibus suis et de Roberto filio Hamonis et de Jordano de Sacio et de hominibus suis, et quicquid habemus de Gaufrido de Costentim et de hominibus suis, et in Berneriis, terras plures, quas dedit Rogerius de Corcellis et homines eius, concedentibus filiis suis et uxore sua Elizabeht, insuper quicquid possidetur apud Tallivillam et æcclesiam totam Lingronie dedit nobis Willelmus de Columberiis, et Odo episcopus Baiocensis dedit nobis et in pace et absolute tenere consuetudines episcopales omnes, tam in æcclesia Lingronie quam in mansiolo Talliville, que pertinent ad episcopum, concedente rege et baronibus suis ; Adelaidis de Lingronia, soror Roberti de Romilleio, dedit nobis undecim acras terre, quinque in Aneires et quattuor intra Tallivillam et Sanctum Albinum et quattuor quas Gauterius tenebat de illa firmiter, et quicquid possidemus de feudo Lingronie et Berneriarum ; in Lio, unum piscatorem cum terra sua, quem [dedit] Rainaldus Burgevum ; in Beneio, æcclesiam cum tota decima ; in Marescals, Willelmus filius Rainoldi Apuliensis Deo et Sancto Martino duas partes decimæ de omni terra [sua] quæ erat in suo dominio et quam sui vavassores tenebant de eo in Marescals et in Insulis ; etiam quantumcumque exerceatur ipsa terra rectam decimam concessit nobis de ea. Goisfredus Caruel de Marescals dedit nobis omnem decimam terræ suæ.

In Alteio et in Cusseio, Willelmus Crassus dedit nobis duas partes decimæ de bladio et canabæ et lino de undecim vavassoribus quorum nomina hec sunt : Hunfredus de Cusseio, Walterius de Alteio, Rogerius de Alteio, Herbertus filius Amis, Turgitus filius Ricardi et Drogilo patruus eius, Fulcheredus, Alanus, Serlo Cornefol, Ingerrannus,

Turstinus de Cusseio et Willelmus filius eius ; concessit insuper Willelmus, filius Willelmi Crassi, duas partes decimæ de iiior villanis et dimidio qui ita vocantur ; Goisfredus Hericius, Robertus de Sancto Laudo, Walterius de Carpichet, Herbertus filius Goisfredi, Robertus filius Goisleni, et de iiior bordariis qui ita nuncupantur : Wimundus, Rainoldus, Turgisus filius Raimburgis, Turolus filius Goisleni, et terram ubi facta [est domus] ad custodiendam nostram decimam.

Donum Henrici regis Anglorum et baronum. Ranulfus de Prateriis dedit Sancto Martino Troarni quicquid habebat in Mansiolo Berherii, videlicet æcclesiam et totam terram, et quod suum erat in æcclesia de Burceio, quod habebat in æcclesia de Prateriis, et dimidiæ partem molendini eiusdem villæ, et terram Hulcemanie, et unam masuram quam habebat in Cavenolis, et dimidiæ æcclesiam de Muscans et landam quæ est sita iuxta æcclesiam et [...] criptam Burnelli, cum duabus acris terræ iuxta pontem et masuram Avice, et decimam omnium molendinorum suorum et omnium pecorum, caseorum et vellerum, et in Anglia, apud Dalbeiam et Holosbeiam, duas partes decimæ in segetibus et decimam de mala et de pecoribus et caseis et velleribus que in dominio eius erant, et masuram Sevardi braciatoris ; Radulfus vicecomes de castro Vire dedit æcclesiam de Campinolis et totam decimam ; Willelmus de Milleio dedit Sancto Martino æcclesiam de Milleio cum xl acris terræ, et æcclesias de Calido loco, et totum Lessarbois. Radulfus filius Tustini de Prateriis dedit xx acras terræ, ipse et homines eius ; Alveredus de Combraio dedit in dedicatione Sanctæ Mariæ cellæ decimam totius panis qui fit de annonâ sua, et decimam totius precii de frumento suo, si venditum fuerit, et partem quam habet in æcclesia [de Agerneio] ; insuper Ranulfus de Prateriis dedit Troarno terram Willelmi presbiteri et Radolfi de Covert et Herluini fratribus ; ipsi etiam supra memorati fratres eam concederunt et dederunt tali ratione ut, dum omnes viverent, monachi de ipsa terra tantum lxx acras haberent, cum vero [unusquisque] eorum monachus vel mortuus [fuerit, tunc pars] eius in dominium et proprietatem monachorum veniet, ita ut nullus ex eorum parentibus possit ex ea aliquid calumniari ; denique, præter terram quam habebat ecclesia de [Muscans], dedit lx acras terræ, locum quoque aptum ad faciendum [molendinum, et molturam] de suis hominibus in illa parochia manentibus, insuper et unoquoque anno decimam de suis molendinis atque novis rebus propriis ; quin etiam dedit de silvis suis sufficientia ligna ad sua aedificia facienda, passionem quoque in eisdem silvis suis [dominicis] porcis sicut suis propriis et decimam de pasnagio [suo] ; Gautherius de Meana et uxor eius Adelina [et filii eorum] Hamelinus et Juhellus dederunt Sancto Martino et Sancte Marie celle quicquid habebant in æcclesia de Muscans et in æcclesia de Burceio et in æcclesia de Troitemari, et decimam molendinorum de Agum, et, in Muscans, terram Morelli filii Sua[vis, et terram Atilleiorum], et terram Cornar, et terram Colli Anseris, et terram de Landa, et communitatem de nemore de Muscans ; de parte filiorum Othonis scilicet ignem monachorum et porcos eorum sine pasnagio ; Otto de Tilleio et uxor eius et duo filii eorum dederunt Sanctæ Mariæ cellæ quicquid habebant [in æcclesia de] Muscans, scilicet medietatem [quam Rabel] tenebat et Herbertus cum eo habuerat, cum domibus quæ circa æcclesiam sunt, quæ fuerant comitissæ, et cum parte sua terræ illius quæ vocatur Landa, quæ est sita inter æcclesiam et publicam viam a meridie, et quicquid in cimiterio habebat, et terram [Rogerii Ginet, et terram Colli Anseris], et pasturam in bosco et in plano [omni tempore] pecoribus et bestiis nostris sicut suis, et decimam molendini sui, et totam terram Rabel quietam et absolutam ab omni debito, cum sua parte æcclesiæ de Burceyo ; Henricus rex Anglorum et comes Ricardus Cestrensis dederunt [Sancto Martino Troarni] æcclesiam de Castro Viræ [et hoc quod ad eam pertinet] et decimam omnium reddituum ad idem castrum pertinentium, videlicet decimam molendinorum, furnorum, theloni et terrarum ; Radulfus Guz et Robertus nepos eius dederunt Sancto Martino Troarni æcclesiam de Venjuns [et decimam] ; Ricardus de Caravilla dedit nobis [partem æcclesiæ] quæ pertinet ad feudem Ingeranni de Vedacio ; Ricardus Malbeenc dedit æcclesiam de Beneio cum tota decima et lx acris terre ; Hugo Brito dedit [in Stolvio] decimam theloni et molendini et terram [unius burgarii] ; Willelmus de Traceio dedit Sancto Martino [molendinum de Trebuchet] et decimam molendinorum suorum de Sancto Vigore ; insuper ipse Willelmus et Ricardus de Novilla dederunt Sancto Martino æcclesiam de Novilla ; Ranulfus [de Prateriis] dedit æcclesiam de Aiglestonia [et totam decimam sacerdotemque] cum terra sua et hominem quemdam [in eadem villa cum quatuor] boveriis de terra, et, in Chindentrona, dedit duas partes decimæ ; dedit etiam decimam de molendinis suis, et de piscariis et de silva sua, [de lana ovium] suarum, de caseis insuper et [de decimis omnium reddituum] vel censum suorum ; Rogerius de Laceio [dedit] æcclesiam Sancti Stephani de [Roqua], et in villa que [...] [unum villanum] cum lx acris terre ; Gautherius de Meana et Adelina uxor sua dederunt decimam apud Fontanetum Paienel de furno et molendino. Radulfus Guz dedit decimam de [Beebec].

Willelmus de Capella dedit [nobis æcclesiam de Olnebac] cum omnibus [...] et lx acras terre in eadem villa, et concessit ut dominus abbas eandem potestatem habeat in presbiterio eiusdem æcclesiæ quam habuerat ipse

Willelmus, et dedit nobis unam mansuram [cum gardino et terra quæ ad ipsum pertinet ; Rogerius de Burgevilla dedit nobis xv acras quas dedit ei] Willelmus de Olnebac pro concordia mortis [patris sui] in eadem villa.

[In Caineio, dedit Helias] æcclesias Sanctæ Mariæ, Sancti Martini et [Sancti Vigoris et dimidiam æcclesiam Sancti Germani, cum tota decima de feudo comitis et prato], et terra de dono Helie et hominum eius, et de aliis dominis ville ; Rogerius Tanetin et filii eius dederunt et vendiderunt partem æcclesiae et totam terram quam habebat [in Gilberiivilla pro amore Dei et propter] xxx libras cenomanensium, cum [protectione et defensione] Rogerii comitis. [...] in Husmelinevilla decimam quam de feudo comitis.

Hugo de [Crepicor dedit Sancto Martino] æcclesiam Cliville cum tota decima, et terram Willelmi sacerdotis et decimam trium molendinorum, concedentibus filiis suis, et nos fecimus Robertum filium suum monachum. Raimundus Pullus dedit Sancto Martino decimam molendini sui de Capella, concedentibus heredibus suis, et nos fecimus eum monachum, sive in bladio sit decima sive in nummis ; in [Airam], Lancelinus filius Osmundi presbiteri, dedit nobis [e]cclesiam totam cum omni decima de feudo de Grentemaisnil, quem feudum tenebat de Willelmo Ansgeriville, et tres acras terræ et dimidiam cum comparatione arpenti vineæ, et conce dentibus heredibus suis et dominis.

In Felgeriis, decimam quam dedit Hugo Brito et terram trium hospitum et decimam molendini, et [in Stouvii] decimam theloni et molendini et terram unius burgarii ; in Martinonvas dedit nobis Robertus de dominio suo xxx acras terræ in Ramata et totam decimam de molendino suo de Rolo ; Ricardus de Ansgerivilla [dedit] decimam de parte sua de molendino [de Anerville, scilicet de tribus partibus] ; Willelmus rex et Rogerius comes dederunt nobis decimam de crasso pisce Retisville, quam Robertus de Turpo nobis voluit auferre, sed reddidit, coactus justicia regis Henrici.

Rogerius comes dedit Sancto Martino Troarni in Anglia [...] [appenditiis] [...] de feudo suo, et in Rogentona, totam terram cum hominibus cunctis eiusdem ville, et in Haringeria, terram et homines ; in Waltan, tres hidras terre, in Grafan et in Estremetona decimas ; in Cicestra duas masuras et æcclesiam Sancti [Ciriaci ; in Mersetona decimam, in Olfan decimam].

Testes : Mathildis regina +. Robertus comes Normannorum +. Willelmus frater eius +. Rogerius comes +. Robertus, filius eius +. Hugo +. Rogerius, Philippus +. Arnulfus +.

Willelmus archiepiscopus +. Odo presul Baioccensis +. Gislebertus Lisiacensis episcopus +. Gislebertus Ebroicensis episcopus +. Robertus Saiensis episcopus +. Michael Abrincatensis episcopus +. Rogerius Belmontensis +.

Robertus comes Mauritanie +. Willelmus abbas Fiscanni +. Gislebertus abbas +. Nicholaus abbas Sancti Audoeni +. Gunthardus abbas Gemeticensis +. Mainarius abbas Sancti Ebrulfi +. Fulcho abbas Divensis +. Robertus abbas Sagiensis +. Willelmus abbas Cormeliensis +.

Anselmus abbas Beccensis +. Osbernus abbas Bernaii +.

(Version III)

Ego Rogerius, ex Northmannis Northmannus, magni autem Rogerii filius, Dei omnipotentis inspirante gratia, preventus et amore salutis perpetuae incitatus, simulque multis clarorum virorum præteriti sæculi exemplis utiliter informatus, decrevi æcclesiam in honore beatissimi confessoris Christi Martini in loco qui Troarnus dicitur, nobiliter a fundamentis construi, ubi et pro redēptione animæ meæ et parentum meorum et præcipuæ uxoris meæ Mabilie nuper defunctæ filiorum quoque meorum, de mea quam possideo hereditate partem non modicam studi donare, in primis videlicet ipsum Troarnum totum, et totum etiam alodium de Buris, cum omnibus appenditiis suis et consuetudinibus et redditibus, tam in terra quam in aqua, in pratis, molendinis, piscariis, exceptis illis quas ante dederam aliis sanctis, videlicet Sanctæ Mariæ Dalmanisco, Sancto Martino Sagiensi, Sancto etiam Ebrulfo, silvis quoque et vineis, simulque hominibus universis, æcclesiis quoque et decimis, quorum videlicet appenditorum nomina hæc sunt : Turfredivilla, Salneriivilla absque terra Fulcoii, Foletoth, Sanctus Paternus, Johannisvilla, Catavilla cum Ramata, et cum omni consuetudine de marisco, et herbatura totius vicinitatis, sicut pater meus prius et ego post eum tenui ; similiter et terram quæ dicitur Raimbertihulmus, cum suis pratis, salinis, æcclesiis, silvulis et piscariis, molen dino atque hominibus, quam insulam filius meus Philippus nunc tenet et tenebit quousque ad honorem pertingat, et tunc ad Sancti Martini ditionem absque contradictione redeat ; deinde totam Ledrosam cum æcclesia sua ; sculsam quoque predicti videlicet Troarni, totam a terra usque ad terram, concessi Sancto Martino, et æcclesiam Sancti Sansonis cum burgo ; sed et terram Gosberti, Ingulfi et Heroldi et Ansgoti et Willelmi clerici de Sancto Sansone, quam tenent in Barnevilla et in Sancto Sansone ; vicum etiam qui vocatur Crepicor, integrum, et piscarias duas, et æcclesiam de Guleto cum tota decima, tam in terra quam in aqua, et decimam piscium de Crusillis cum uno hospite, et Rainaldum Malleart cum omni terra sua ; decimam quoque de theloni meis, nominatim videlicet de Monte Gomerio, et decimam de molendinis eius et de pecudibus, si fuerint, et fructu earum ; et de Trum decimam theloni et molendini et æcclesias ipsius et terram presbiteri, sicut ego tenui ; et æcclesias de Croceio ex integro, cum terra quam Osbernus tenuit in Sancto Germano et quam tenuit Radulfus in servitio Sancti Hylarii, et decimam molendini ; sed et decimam de nutrimento meo et fructu eius quod erit in Vitreo ; decimam etiam de foresta Gulfer in denariis qui consuetudinaliter inde exeunt ; similiter et æcclesiam Sancti Silvini cum omni decima et cum suo alodo et moltura ipsius villæ, et terram Morini carpentarii quam tenebat in burgo Sancti Silvini, cum

omnibus redditibus suis ; sed et decimam denariorum de theloneo et de nutrimento meo quod erit in Sancto Silvino ; terram etiam Ursi filii Rainaldi de Molins, quam tenuit de patre meo et de me ; ecclesiam denique Raineri mansioli cum ecclesia Sancti Petri et cum tota decima earum ; terram etiam quam dedit nuper Rogerius Tanetim, cum tercia parte molendini et aque et arpento vineæ in Airan ; et terram Sancti Yppoliti et Geborei cum honore Ursi militis ; necnon quicquid Gausfridus clericus tenuit in Reivilla de me cum decima et ecclesia Sancti Martini, et cum uno piscatore et terra eius ; terram quoque Gausfridi et Rogerii in Ranvilla, et terram Gisleberti Berbium quam habebat in Sancto Silvino ; necnon et Huldestot et Ernoltot, sicut habuerat Hugo pincerna et dederat Sancto Martino. Ne autem vita brevi vel lapsu temporis quod factum est a memoria valeat labi, secundum antiquorum morem, hanc volui carte fieri descriptionem ut presentibus sit evidens facti testimonium, futuris contra pravorum insidias firmitatis suffragium. Quam etiam cartam domino meo Willelmo, Northmannorum vide licet principi, Dei autem gratia Anglorum regi, presentare studui, ipsius manus signo firmandam et auctoritate perpetim roborandam, ea videlicet ratione ut et ipse cum nobili sua conjugi et inclita prole particeps fiat nostræ huius elemosine in æterna sanctorum remuneratione, sicut caput et auctor esse comprobatur in præsenti largitione. Omnibus etiam qui hanc cartam firmaverint et firmiter servare voluerint, sit pax et misericordia Dei. Si quis vero, quod absit, aliquid demere vel subtrahere ex his que hic scripta sunt temptaverit anathema sit et excommunicatus ab omnibus sanctis fiat, fiat, nisi resipuerit.

Hec autem quæ subscripta sunt sunt de dono Willelmi, regis Anglorum et principis Northmannorum, quæ vel ipse rex Sancto Martino abbatique ac monachis Deo deservientibus in predicto loco Troarnensi, pro salute sua et nobilis conjugis suæ ac inclitæ prolis, dedit vel, suis baronibus eidem loco largientibus, concessit. Dedit namque terram Rannulfi militis in Dumoldivilla cum parte ecclesiæ ; in Goisbertivilla, terram Alveredi Malbethenc et terram Tetholdi clerici cum decima eorum ; terram quoque Radulfi Querolt de Billei et fratum eius cum decima eorum, et in Furnis, terram duorum hominum ; in Cadomo, domum Mauri cum alodo suo et tota consuetudine. Concessit autem idem rex in Brotona unum carrum quod dedit Sancto Martino Rogerius de Belmont ; in Diva, vero totam ecclesiam quam Herbertus de Spineto dedit cum burgariis quindecim et salinis quinque et duabus in Tolca et quarta parte terræ arabilis de Calvomonte ; concessit et quietudinem theloni de rebus Sancti Martini in terra et in aqua ; in Lio, unum piscatorem cum terra, quem Rainaldus Burgevin dedit ; in Felgeriis etiam, decimam quam dedit Hugo Brito et terram trium hospitum et decimam molendini ; et in Stouvi, decimam theloni et molendini et terram unius burgarii ; in Lingronia, totam ecclesiam cum terra et tercia parte decimæ quam dedit Willelmus de Columberis ; donationem etiam quam in Tallivilla fecerunt Tustinus de Croillio, Willelmus de Columberis, Roscelinus filius Heroldi, Robertus filius Rainfredi, Richardus vicecomes Abrincatensis, de ecclesia cum terra et tota decima et de omni consuetudine ad episcopum pertinente de ipso mansiolo, quam consuetudinem Oddo episcopus Baicensis dedit ; idem rex concessit in Berneriis terras plures quas dedit Rogerius de Corcella et homines eius, concedentibus filiis suis Wandregisilo, Stephano, Willelmo, Walcherino et uxore eius Helisabeth ; in Falesia, totam terram Wesman cum consuetudinibus regalibus ; in Caigneio, ecclesias sancte Marie et sancti Martini et sancti Vigoris et dimidium altare sancti Germani, cum tota decima de feudo comitis, de prato et terra, de dono Heliæ et hominium eius ; in Olnebac, ecclesiam cum decima et terra, de dono Willelmi de Capella ; in Campegnolis, ecclesiam cum tota decima ; in Beneio, ecclesiam cum tota decima ; in Muscans, ecclesiam cum tota decima ; in Prateriis, dimidium altare cum decima de terra Rannulfi ; in Caravilla, partem ecclesiæ et decime que pertinet ad feudum Ingerranni de Vedacio ; in castro Vire ecclesiam cum omni decima de bladiis et theloniis et molendinis et furnis et de cunctis redditibus illius ; in Horseleia, ecclesiam et decimam cum omnibus hominibus et villa et redditibus eius ; in Witehest, ecclesiam cum decima et terra presbiteri, et ecclesiam de Mapella cum terra presbiteri, et terra unius carrucæ cum pratis adiacentibus ipsi terræ, et decimis ipsius villæ, de dono Roberti de Romilleo ; in Rogentonia, terram totam cum hominibus cunctis eiusdem villæ ; in Haringeia, terram et homines, de dono Rogerii comitis ; in Waltan, tres hidras terræ, de dono Herluini ; in Grafan, decimas et in Estrementona ; in Cicestre, duas masuras ; in Mersetona, decimam dono Osmelini ; in Olfan, decimam de dono Asteronis ; in Clivila, ecclesiam cum tota decima, de dono Hugonis de Crepicor cum filio suo Roberto, quem monachum fecimus, et decimas trium molendinorum ; in Alteio, decimam de Willelmo Crasso ; in Mondreham, ecclesiam cum tota decima, de dono Wimundi de Fontanis ; in Manseolo Berherii ecclesiam, totam villam et totam decimam eiusdem villæ ; in Waravilla, ecclesiam cum tota decima, de dono Roberti de Belfou et domini sui Willelmi, comitis Ebroicensis. Et ego Willelmus, Anglorum rex, huius Willelmi regis filius, has omnes suprascriptas elemosinas in ecclesiis, in decimis, in terra et aqua et molendinis, in pratis et omnibus aelemosinis et consuetudinibus, sicut sunt factæ et concessæ a patre meo et baronibus suis et fidelibus, sic concedo et confirmo testimonio fidelium meorum qui presentes asunt ut Sancti Martini Troarnensis abbas et monachi eas firmiter teneant in perpetuo et quieti maneant

sub defensione mea et heredum meorum contra omnes adversarios sicut [...] concesse elemosinæ fidelium et bonorum christianorum, pro salute nostra et antecessorum atque successorum nostrorum.

Et ego Henricus, rex Anglorum et dux Normannorum, pro salute animæ meæ et antecessorum et successorum meorum, concedo et confirmo ea quæ pater meus Willelmus, et frater meus Willelmus, uterque rex Anglorum, Deo et Sancto Martino de Troarno et abbatii et monachis ibidem Deo servientibus dederunt et concesserunt et eorum donationibus plura augere, si vixero, me promitto.